

multimoda commendatione sui Corinthios revocaret; magum illum Elymam, qui credituros a fide retraheret...

XXVII. IDEM GREGORIUS I. lib. 2. ind. 10. Epist. 34. [an. 592. Romam in Saradinam.] Pro injuria propria Episcopo aliquem excommunicare non licet.

Inter querelas a multis Isidorus vir clarissimus a Fraternitate tua frustra se excommunicatum, anathematizatumque conquestus est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a Clerico tuo, qui presens erat, voluissent addicere...

GRATIAN. Hinc ostendens, quod peccata, quae in Deum, vel proximum committuntur, a nobis puniendae sunt; ea vero, quibus in nos delinquitur, patienter vel toleranda, vel potius dissimulanda sunt, ait

XXVIII. IDEM IN HOMILIIIS. [C. an. 593. Roma.]

Valde offendit, qui Dominica debita imponere dimittit.

Si quis, qui praelatus est, debitori domino culpas imponere dimittit; non mediocriter profecto offendit, qui debita Caestis Regis, & Domini sua praesumptione resolvit.

GRATIAN. SEMEL vero culpa dimissa recidivo dolore iterum ad animum revocari non debet. Unde

XXIX. GELASIVS Geruntio, Joanni, Germano, & Petro Episcopis. [C. an. 494. Roma.]

Injuria, cum semel remittitur, iterum revocari non debet.

Si illic, ubi haec acta sunt, praesentibus utrique confiteretur & satisfecisset Stephanum, & supplicatione suscepta eum, qui male tractatus est, ignovisset...

GRATIAN. SED objicitur illud Ambrosii: [Ad preces Heliae ignis descendit de Caelo, ut Propheta vindicaretur injuria.] Quod tunc intelligitur factum, quando Achab Rex Israel post iteritatem illam trinum annorum, & sex mensium, quae facta est...

XXX. SILVERIUS Papae ad Amatorem Episcopum. [forte an. 538. Roma.]

Apostolicus anathematizavit eos, qui eum ceperant, vel qui deinceps Episcoporum aliquem ceperint.

Uilifarius a Patricio noxter mandavit me ad se venire pacifice pro quibusdam Ecclesiasticis dispositionibus in palatium Pincis; & ad primum & secundum veluti retinuit omnem Clerum, & populum, qui mecum veniebat...

quos congregare potui, eos, qui tanta erga me egerunt, anathematizavi, & una cum illis Apostolica & Synodali auctoritate statui, nullum unquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum...

CORR. ROM. a Gualifarius.] In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus Caput hoc restitutum est Silverio, (antea enim tribuebatur Silverio) legitur Bellifarius...

SED & hic non suam, sed Ecclesiae injuriam ultus est. Quod autem peccatum populi in peccatis ulciscendum sit, Moyses exemplo suo docuit...

XXXI. AMBROSIVS super primam Epistolam ad Corinthios, c. 5. [forte Hilarius Diaconus, c. an. 384.]

Judicis non est sine accusatore damnare.

Si quis potestatem non habet, quem scit reum, abjicere, aut probare non valet; immo est: & Judicis non est sine accusatore damnare...

XXXII. AUGUSTINVS IN LIB. 3. C. 2. contra Epistolam Parmeniani. [forte c. an. 400. in Africa.]

Quod a multitudine peccatur, vel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab Ecclesia non punitur, sed deservit.

Non potest esse salubris a multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit; nihil aliud Bonis restat, quam dolor, & gemitus...

PRECEPTA vero Evangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis, exhortationes quoque Apostoli de cibandis vel potandis inimicis non catenus intelligenda sunt...

GRATIAN. b Sup. ead. hoc autem. c Luc. 6. d Rom. 12. e al. peccanti. f Gal. 6. g Eccl. 7. h Jac. 2. i 2. Cor. 2. in persona Christi. orig.

GLORIA IN-TERIM ORIG. [Qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos;] sicut, inquam, poenitentibus, ut dicuntur...

CORR. ROM. a Noli esse.] Gratianus non refert ipsa prorsus verba Ecclesiastica. Ea enim sic habent: Hec quoque vidi in diebus caritatis meae...

XXXIII. AMBROSIVS Serm. VIII. in Psal. 118. vers. 2. [C. an. 380. Mediolani.] De justis, & injustis misericordia.

EST iniqua misericordia. Denique in Legge scriptum est de quodam: Non miserere illis. Et in libris Regum legis, quia Saul postea contraxit offensam...

ANSEL. I. 13. Polyc. I. 6. tit. 21. d Dent. 19. e 1. Reg. 15. f Atqui si quis latronis. orig. g al. Denique. h al. facilitate.

CORR. ROM. a Absentius.] Antea legebatur, a consortio communionis vel criminationis abstracti. Emendatum est & hoc, & multa alia ex ipso originali.

XXXIV. IDEM AUGUSTINVS IN LIB. PSALMARUM. Psal. 32. [forte c. an. 410. in Africa.] Non debemus mala causa pauperum misereri.

NE amitto iudicio his pauperi in mala causa miseretur; cuius si parvis facello; percussit cor, & tanto nequior reddis, quanto iustum sibi favore vides.

XXXV. IDEM. [imò Beda in c. 6. ad Galat. c. an. 720. in Anglia.]

HOMINI est misericordia, peccatori irascendum. Uo ista nomina cum dicimus, homo peccator; non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripit...

GRATIAN. ITEM illud Evangelii, quod objicitur: Qui gladio usus fuerit, gladio cadet, exponit ita dicens

XXXVI. AUGUSTINVS IN 22. LIB. CONTRA FAUSTUM MANICHAEUM, CAP. 70. [C. an. 402. in Africa.]

GRATIAN. ILLud gladium accipit, qui nulla superiori, ac legitima potestate vel jubente, vel concedente in sanguinem aliquis armatur.

quem persequi, non ita intelligendum est, ut generaliter Ecclesia nullum persequatur; sed quod nullum iniquum persequatur. Non enim omnis peccatio culpabilis est...

XXXVII. AUGUSTINVS Vincentio, Epist. 48. [C. an. 408. ibid.]

Potestatis officio utiliter inquieti corriguntur. Nimirum sunt inquieti Donatistae, quos per ordinatae Polyc. I. 7. a Deo Potestates cohiberi, atque corrigi mihi non videtur inuito. Nam de multorum jam correctione gaudeamus...

GRATIAN. ITEM post pauca. §. 3. Non omnis, qui parit, amicus est; nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere.

GRATIAN. ITEM post pauca. §. 4. Putas neminem debere cogi ad justitiam; cum legas patremfamilias dixisse servus: Quotcumque inveneris, cogite intrare...

CORR. ROM. a Donatista.] Apud Anselmum titulus est, Augustinus Vincentio. Initium vero Capituli est, Donatista nimirum, & apud B. Augustinum, Sed Donatista nimirum; propterea reposita est hoc loco dictio, Donatista, inducitur autem in titulo...

XXXVIII. IDEM Donato Presbytero, Epist. 204. [C. an. 416. ibid.]

HERETICI ad salutem etiam inviti sunt trabendi. Dilectus tibi, quia traheris ad salutem; cum tam multos nostros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, nisi te comprehendere, & praesentari; & ferveri, ne pereas? Quid autem in corpore laesus es; ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto uti moluisti...